



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Variorum In Europa Itinerum Deliciae**

**Chyträus, Nathan**

**[Herborn], 1599**

**VD16 C 2803**

Arnemii in Geldria.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)



ARNEMII IN  
GELDRIA.

JODOCI SASBOUTI.

*Siste gradum: quod es, ipse fui, fortassis eris cras  
Quod sum cadaver putridum.*

*Olim Jodocus eram Sasbout: me misit in auras  
Delft clara pars Batavia.*

*Ter denis patriæ causas decidimus annis,  
Pars consuli haud in gloria.*

*Deinde & pacatis Præses jus Casare Gueldris  
Dixi, jubente Carolo.*

*Quid tituli? quid opes? quid nunc prudentia prodest?  
Mors summa miscet infimis.*

*Sola manet virtus homini post funera, solam  
Dum vivis hanc ama: vale.*

---

IN VICTORIAM NAVIM QUÆ  
totum orbem ambivit.

*Prima ego velivolis ambivi cursibus orbem,  
Magellane novo te duce ducta freto.*

*Ambivi, meritoq; vocor VICTORIA. sunt mihi  
Vela ala; precium gloria; pugna mare.*

Mm iij